



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De patriarchis & prophetis, cap. 48.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

Quidam vidimus, a quo capti sumus & occisi? responderunt: Quando necesse habemus, veniunt nobis in auxilium, quando non indigemus, reuertuntur in tabernacula sua. Intellexerat enim sanctos angelos illos fuisse, quos ipsi videre non potuerunt, qui laudatibus Deum semper adsunt, ipsosque custodiunt. Ipsi reuera sunt castra Dei, qui Iacob cum timore reuertenti in terram suam venerunt in auxilium; fueruntque ei, ut dicit scriptura, obuiam Angeli Dei: quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc. Hoc miraculum cum recitatum fuisset regi Philippo in castris, cum rediret de obsidione Coloniae, respondit: Certe si habuissem, Legem pone, in ore, ego psalmum reliquisset & fugissem. Hæc dicta sunt de visionibus Angelorum. Porro de visionibus Patriarcharum, atque Prophetarum pauca dicere habeo, quia rarius sanctis noui testamenti apparent. **A P O L L O N I V S:** Que sit causa illius raritatis, qui etiam fuerunt Patriarchæ, qui Prophetæ, & quare sic dicti, precor ut edisseras: deinde si quas nosti visiones, de illis subjungas. **CÆSARIVS:** Quanto breuius potero, de requisitis te expediam.

Gen. 38.

Psal. 118.

## CAPVT XLVIII.

**P**atriarchæ sunt viri iusti & gloriosi, cum quibus locutus est Deus, Abraham scilicet, Isaac & Iacob, & alij quam plures, qui illos tempore & præcedebant & subsequabantur. Dicuntur autem Patriarchæ, quasi patrum principes, eo quod alijs facti sint via recte credendi, & norma bene viuendi. Horum successores, extiterunt Prophetæ, & ipsi viri magni & incliti, qui Christi sacramenta, & ecclesiæ, & si qua alia futura erant, tam perspicue præviderunt & prædixerunt, ac si oculis eorum corporeis fuissent objecta: vnde quidam illorum dicebat: Non faciet Dominus verbum super terram, quod non prius reuelet seruis suis prophetis. Prophetæ fuerunt Isaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, & duodecim prophetæ, qui etiã ea, quæ præviderunt, vel prædixerunt, scripto perpetuauerunt. Vnde Prophetæ dicti sunt Videntes, vel significantius Prophetæ dicuntur, quasi præfatores, vel quasi procul

De Pa-  
triarchis  
& Pro-  
pheta.

Amos 9.

200 DE DIVERSIS VISIONIBVS

fantes, id est, à longè. Quare autem rarius Apostolis  
sive martyribus nobis appareant, causa esse videtur,  
quòd respectu iam dictorum ordinù modica, & penè  
nulla est eorum memoria apud ecclesiam Latinorù:  
Græci verò in natalitijs illorum solennisant, & ideo  
forè sapius illis apparent. De sancto Ioanne Bapti-  
sta, cuius memoria celebris est per vniuersam Eccle-  
siam, aliquas visiones subjungam: ipse est enim nouis-  
simus Prophetarum, & plus quàm Prophetarum: Nam lex  
& Prophetæ, teste Domino, vsque ad Ioannem.

Mat. 11.

CAPVT XLIX.

Appari-  
tiones S.  
Ioannis  
Baptista:

Luc. 1.

**I**N Claraualle monachus quidam iuuenis est æra-  
te, Ioannes nomine, mirus dilector sancti Ioannis  
Baptista: in die siquidem natiuitatis illius est na-  
tus, & ob hoc à parentibus Ioannes vocatus. Supra re-  
liquos sanctos illum diligit, & quotiens aliquid ad  
ipsum pertinens psallitur, vt est canticum patris eius  
Zachariæ, ibi voci penitus non parcit. Nocte quadam  
cùm idem canticum in choro cātaret, & ventum fuisset  
ad illum versiculum; Et tu puer Propheta altissimi  
vocaberis, &c. sacerdos quidam stans in choro oppo-  
sito, flammam de capite eius surgere vidit: vocatur  
autem Wilhelmus, estq; sacerdos religiosus, cui multa  
diuinitus reuelantur. Qui dictis matutinis, domi-  
num Sygerum Priorem adiit, & quid de fratre Ioanne  
viderit exposuit: quem statim vocauit Prior dicens:  
Dic mihi bone frater Ioannes, quid cogitasti in lau-  
dibus, quando inchoatum est canticum, Benedictus  
Dominus Deus Israel? cui ille respondit: Credite mihi  
Domine, ego cogitavi, si esses in cœlis, vox tua nun-  
quam rauesceret, & semper Deum laudares cum An-  
gelis. Et Prior: Quid habuisti in corde infra istum ver-  
siculum, Et tu puer propheta altissimi vocaberis: ad  
quod iterum respondit: Ita accensum est cor meum in  
illa hora ad memoriam sancti Ioannis Baptista, quem  
valde diligo, vt vix me capere possem præ gaudio. Et  
cognouit Prior, quòd flamma eadem signum fuisset  
vehementissimi amoris, de corde adolescentis in cœ-  
lum ascendentis. Anno præterito visio hæc à prædicto  
Priore